



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Pastores iure Diuino ouibus suis assiduè adesse debent, etiam periculi & pestis tempore; nec ad mensem à Parochia sua abesse possunt, sine licentia Archiepiscopali, n. 45.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

anni pijs testatorum voluntatibus satisfiat, & in cætera Pastoralia munera omnia, onus Angelicis humeris formidandum, diligentissimè incumbant. Quis enim nescit, quanti vna anima sit pretij, quarum tot millia Sacerdotum Curatorum incuriâ pereunt.

a 1. *Timoth. 3. 5.* b *Conc. Trid. sess. 5. de reform. c. 2.* & *sess. 23. de reform. c. 1.*

Pastores iure Diuino quibus suis assiduè adesse tenentur, etiam periculi & pestis tempore, nec ad mensem à Parochiâ suâ abesse possunt sine licentiâ Archiepiscopali.

XLV. Ad præstanda & implenda hæc Pastoralis officij debita, ad assiduam apud oues suas residentiam se iure Diuino obligatos esse intelligant Pastores omnes, nec posse oues suas metu periculi, vel pestis tēpore, deserere, vel sub prætextu aliorum negociorum, sine licentiâ nostra, nostriue Vicarij in spiritualibus generalis, ac nisi alteri Archiepiscopali nostra auctoritate, approbato
Vica-

Vicario curâ commissa ad vnum mens-
sem abesse; idque sub grauibus pœnis à
Consilio Tridétino a præscriptis. Quod
in hac luctuosa grassantium hæresum
rempestate, & falsorum prophetarum,
seductorum, hæreticorumque licentio-
sa multitudine, tanquam vigiles Pasto-
rum inspectores, eò diligentius curare
tenentur Decani Rurales; quia sicut spi-
rituales, & vt est apud Prophetam *Ve-
spertini*, b lupi, latrones, fures, nunquam
facilius, quàm absente Custode; ita nuf-
quam securius quàm ruri, vbi inspectio-
nem suam habent ipsi Decani, Domini-
cum gregem inuadere possunt: quem vt
ab insidijs luporum, amor & vigilantia
Pastoris debet custodire; ita Decani nū-
quam ab intentione sollicitudinis suæ
quiescentes, dormientem aut negligen-
tem Pastorem, ceu speculatores in pro-
spectu explorationis locati, contra ad-
uenientes latrones, & obrepentes fures
debent excitare.

a Conc. Trid. locis supra citatis. b Haba. 1. 8.

1. Pastores intra limites sua Parochia, &
in